

Ryszard Ganszyniec

Polonolatina. XII

Pamiętnik Literacki : czasopismo kwartalne poświęcone historii i krytyce literatury polskiej 26/1/4, 44-81

1929

Artykuł został zdigitalizowany i opracowany do udostępnienia w internecie przez Muzeum Historii Polski w ramach prac podejmowanych na rzecz zapewnienia otwartego, powszechnego i trwałego dostępu do polskiego dorobku naukowego i kulturalnego. Artykuł jest umieszczony w kolekcji cyfrowej bazhum.muzhp.pl, gromadzącej zawartość polskich czasopism humanistycznych i społecznych.

Tekst jest udostępniony do wykorzystania w ramach dozwolonego użytku.

II. MISCELLANEA.

Polonolatina.

XII. Analekta do Listów Miłosnych.

I. Teksty. Podaję tu kilka tekstów nowo znalezionych, które nie mało przyczynią się do poznania dziejów listu miłosnego w wiekach średnich. Na pierwszym miejscu listownik szkoły orleańskiej, znajdujący się zaraz po dziele Bernarda de Meung w rkp. paryskim Bibl. Nat. 1093 f. 67^r nast., z którego jasno wynika, że tu ani humanizm, ani też Boncompagno nie stworzyli nowości; rkp. jest z początku w. XIII.

1. Piramis Tisbe ut deceptis custodibus conueniant ad unum bustum uel tumulum. Nunquam fuit uel erit grauior amanti passio quam amoris ad gaudia uenire non posse. Ab amoris nostri principio satis usi fissura tenui quam hec paries eius obsequio de iure gratiam tenemur agere, quia nostros adinuicem gerebat anelitus et uerba mutua. Sed sequatur de cetero uia felicior et magis congrua qua nobis ueniat amatorum letitie plenitudo. Vis doloris, ut bene didici, mouet ingenium et uenire sollertia solet subtilior a rebus miseris. Et que maior miseria esse potest uel unquam potuit, quam parentum nostrorum duricies inhumana? Non permittunt nos misceri coniugio, quos amor miscuit. Et dolorem istum dolore cumulant ampliori satis et magis aspero: commisceri simul colloquio prohibemur. Medicinam hanc repperi, si tibi placeat, ut custodum nostrorum decepta sollertia relinquamus noctis silentio Babylonem, dirigamur (c. dirigatur) ad unum tumulum et qui prior ad eum uenerit, egressum tardius ibidem exspectet.

1. *Cartellieri nr. 216.* Piramus Tisbe ut deceptis nocte custodiis ueniat ad tumulum Nini, ut sibi suam exponat voluntatem. Affligende plurimum ac dilecte Tysbe suus Piramus se ipsum... ibidem exspectet.

2. *Amator amice ne credat iuuenibus.* Plenam cedit ad gloriam honeste mulieri se seruare castam et integram amatori. Ex quo uestram non uidi faciem, ad nullum descendi gremium, quia mihi pre omnibus placuistis. Nature manus cum diligentia laborauit in uestra formanda facie et inde (*c. unde*) mores garritum infamie non formidant, quia tantum suspirat ad hoc intentio quorundam in arte fallaci uigencium, quod ad suum amorem inclinant simplices, vos precor humiliter, ut amoris nomen seruuetis suauium, donec possit in uestris amplexibus respirare.

3. *Amasius amasie nouiter ducte ut exequatur promissum.* Verus amor non habet angulum etc. (*Ganzsyniec, Listy Mitosne* str. 167, nr. 3).

4. *Responsio quod ueniat habiturus quod petit.* Cum euentum etc. (*tamže* nr. 4).

5. *Amicus amice quod nolit alii nubere quam sibi.* Nunquam fuit nec erit mulier amoris integri, que repetere destituit amatorem. Amor noster in spe sola fuit, ut uideo, si auditum meum infamia non decepit. Asseuerat enim lingua quam plurimum, et ego timeo, quod amori meo proponitis abdicare: nam iam estis a quodam iuene minus honesto minusque nobili [*fol. 67^v*] minusque diuite subarrata. Si uelitis, ut dicitur, habere nuptias uel honorem coniugii, nullum mihi uos decuit anteferre. Nam sicut dicitur, herba precognita debet ad oculum patientis alligari. Non durabit indebite contracta coniunctio, quia tali coniugio, quod modo proponitis, alma Venus et eius filius contradicit. Cum eorum ergo <consilio> copulati fuerimus, ex eorum industria rem geramus ut condecet (*c. concedet*), et (*c. ut*) uterque nostrum affectu mutuo festinemus recipere nuptialis coniugii sacramentum.

6. *Respondet quod sacramentum coniugii libenter cum eo habebit.* Iure timet a uiro decipi, que fidelem sibi non recipit amatorem. Cantum facit in dulci fistula, qui puellam sibi desiderat inescari. Multum quidem et diu timui quod inesset uestris fallacia blandimentis, sed nunc satis aperte uideo quod timere non debeam, dum optatis mihi coniugio commisceri. Patris mei uoluntas fuerat, ut cuiusdam indig<e>ne locupletis me conferrem ad gremium, et cum eo iure coniugii commiscerer (*c. commisceri*). Voluntati patris nullum morem propono gerere, nec iniuste uobiscum differo postulatum coniugii sacramentum.

2. *Cartellieri nr. 217.* Amator amice, ut sibi caveat a dolosis iuuenum precibus. Dilecte amice sue et domine... amplexibus respirare.

3. *Cartellieri nr. 218.*

4. *Cartellieri nr. 219.*

5. *Cartellieri nr. 220.* Amicus amice quod nolit nubere nisi ei. Nunquam fuit nec erit mulier.

6. *Cartellieri nr. 221.* Responsio quod sacramentum coniugii libenter cum eo habebit.

7. Cuidam mulieri ut de se spem promittat. Grauius uulnere uenit ad medicum, et amoris sui remedium indulgent (*c. indulgeri*) amatores. [*Cart.*: remedium indulget. Sic desiderant amatores]. Non est plaga cuiuslibet amore grauior et eam censeo pietatis in titulo preminere que se pulcro (*C. piam*) exhibuit amatori. Venustatem nouam natura posuit in uestra facie, risum in oculis, et lingue grauide (*C.*: in lingua gratiam) et locauit in labiis quod a mellis sumpsit dulcedine, condimentum: tam periti (*c. parati*) manus artificis imperfectum relinquere nichil in uobis uoluit: nam polite sunt adeo partes tocius corporis, ut naturam sibi sentiam cauisse in tali plasmate ne quid ei detraheret infelix inuidia, ne quid ei garrulitas oblatraret. In uestra facie nuperrime meus consedit oculus, et honore uultus ad animum deportato, tantum uulnus in eo posuit quod de suo pene desperat remedio. Sed a uobis potest recipere medicinam. Multe uos moneant actiones heroydum, que benignam michi uos esse uestro moneant (+ *C.*: et parare uestro misericordiam) amatori. Si dolor Paridis inflexit Helenam, et Ledam Iupiter et matrem Herculis et plures alias quas modo taceo, misereri uestri uos condecet amatoris, qui de sue uite remedio iam desperat, si maligna mihi reperta fueritis ut Sabina. Ego uero attente (*C.*: nature speculum ante te) deprecor nec (*C.*: vel) speculum (*C.*: postulo) ut (*C.*: quod) me saltem sperare precipiat et habere uoti (*C.*: in te) fiduciam in sperando.

8. Amator amice arguens eam alii dedisse cingulum ab eo datum. Nunquam fuit amanti feruida nec illius donum <quod> accepit habuit assignare illud nouo que potuit amatori. Commorantes in fornice que suam omnibus officinam aperiunt, illud moris habere didici, quod accepta munuscula permittunt sepius, ut amplexus nouos pluris ueteribus habere credantur. Vnum tibi donauit cingulum, et certum habeo quod parum diligis actorem muneris, cum de tuis manibus exire permiseris, ut ad manum traderes alienam. Vidi quidem et uisum dolui quandam clericum accinctum cingulo coniecturam accipiens ex dato munere, quia nouum mihi prefeceris amatorem. Sustinerem dampnum donati cinguli, sed nimis timeo, quod ad tuos habuit amplexus introitum, et si tui religio sacramenti de amoris tui constantia me certum fecerit, hunc dolorem temptarem deponere quoquomodo.

9. Responsum amice excusantis se fuisse recinctam inuitam. Cum uiolentia sit mater odii, quis amare potest uel potuit inferentem? A dilecti mei dulcedine recepi cingulum et illius de munere gloriabar. Sed unius tyrunculi proterua lasciuia manum suam extendere non expauit, ut me recingeret et si deus me uideat, amice karissime, me recinxit inuitam. Indignata quam plurimum, quia manus incognita presumebat me tangere, reluctata prius conatu quo potui, cum minoris ad eum potentie me sentirem,

7. *Cartellieri nr. 22 in extenso*: Quidam incensus amore unius puelle rogat, ut saltem fiduciam promittat ei.

pene prius effracto digito reliqui cingulum et ab eo domum euanui quoquomodo. In amore meo receptum se iactat ille quadranculus. ut uulgo dicitur, et heredem nostrum (C.: uestrum) se fieri gratulatur, si a uestra beniuolentia quoquomodo me fecerit alienam. Verum qui scit archana cordium, ipse nouit quod in amoris integri fide permaneo quam promisi uobis sub nomine sacramenti. Si timetis me postmodum excessuram, sacramentum quod ante prestiti, quandocunque placuerit, innouetur.

10. Amasius amasie certificari postulans quando debeat uenire. Maior plaga maioris medici esse committitur et maioris palatia structura melioris manus relinquitur architecti. Ego uos habeo maiorem medicum et dolori meo certum remedium adhiberi non poterit, nisi manus uestra in meo uulnere, posuerit cathaplasma. Vulneratum me sentio profundo uulnere quia uos audio tractatam durius et rigenti nimis custodie mancipatam. Deleri non poterit hic dolor meus (c. cum) nisi recipiar (c. recipiat) in sinu gratie, cella pacis et thalamo voluptatis. Festinet ergo uestra dilectio me certum facere felici nuntio uel leta littera, qua uia ueniam et quando ueniam ad uestra gaudia que nimis affecto.

11. Responsum quod ueniat ab ea recipiendus. Semper amantibus occurrunt tristia, sed amoris nodum contraria non denodant. Multa uere pro uobis pacior et dolores tamen non mentio passionum [fol. 68^v] nec amoris mei constantia permutatur. Qui cedit latera, non cedit animum, et si caro mea liuescit, ad mentis tamen sincere stabilitas amori meo liuescere non intendit. Si essemus pares in desiderio, non uenisset prior ab eo littera, quoniam mundo pretuli quam ipse ueniret et ego sedula uoluntate eum receperim in conclauis. Festinet ergo meus amasius ad mea gaudia meoque studio patebit accessus.

12. Amicus amice ne plures in amorem suum recipiat. Que amorem suum partitur pluribus, honestatem illam qua prius clauit, amatorum multorum numero dehonestat. Incestarum debet in numero deputari, que multos recipit: ad lupanar se conferat et iuuat Thy<da>s et multorum uirgas absorbeat uno die. Fama tibi permansit integra, donec simul moram habuimus, sed mutatur, ut audio, mutatis moribus et ad uitam priori similem erubescit nimis. Te posuit in ore populi turpis infamia, que si falsa non predicat, amatorem ad alium amoris primi te gerens immemorem accessisti. Declinare te conuenit a tali uicio, et amico ueteri te totam reddere, nisi nouos amplexus ueteribus anteponas. Si hoc nouum consilium negligenter acceperis, ad honorem tuum me senties negligentem et iam ultra non poteris de amoris mei solatio superbire.

13. Amicus amice ne amorem nouum recipiat. Qui amicum suum perfecte diligit, si ab eo recedit corpore, mente saltem et cordis oculo non recedit. In amore uostro iam diu teneor et cor nostrum ex meo metiens in affectu me pari diligi non despero. Rediturus ad uos, si deo placuerit, expleto biennio, toto

corde uos deprecor et toto animo, ne mihi preponat alium vestra benignitas neque nouum recipiat amatorem.

14. Amicus amice rogans eam quod habeat mundam porticum. Qui quem recipit placere desiderat, suum adornet thalamum, ut in eo libentius requiescat. In tue dilectionis cubare thalamo res est michi iocunda et me tibi per tale seruitium me michi carior facit perpetua debitorem. Multo tamen maiorem in gratiam tuum ueniret meritum, si tua cellula mundam haberet porticum, et magis attente uerreres pauimentum. Argumentum namque trahi solet a munda porticu, quod decorum habet domus interior pauimentum.

Rękopisy tej Summy różnią się bardzo między sobą, czasem także w tekstach odnoszących się do listów miłosnych, które zresztą tylko wyjątkowo w nich występują: z pośród 25 znanych rkp. tylko 4 zawierają takie listy. Najważniejszy obok paryskiego jest rękopis nr. 910 z biblioteki fürstenberskiej w Donaueschingen (w. XIII), opisany przez Cartellieri'ego (*Ein Donaueschinger Briefsteller des XIII Jahrhunderts*, Innsbruck 1898). Z tego to rękopisu dołączam wszystkie teksty odnoszące się do naszego tematu na podstawie fotografii rękopisu, które zawdzięczam uprzejmości dyrektora dr. John'ego. Już w przypiskach do listów poprzednich wskazałem na okoliczność, że liczne listy są wspólne różnym rękopisom Summy orleańskiej; znaczne różnice tekstowe każą przypuszczać, że listy te, nim się dostały do wspomnianych zbiorów, mają już długą za sobą historję w kołach żakowskich wzgl. profesor-skich, służąc palącej potrzebie życia miłosnego.

15. (fol. 9^v, Cart. nr. 62). Penelope Ulixi. In amore cum sint dolores plurimi, nullus est grauior et maiore plenus angustia quam dilecte rei presencia non fouerit. Casta sederat ad uirum mulier et ad eum precipue quem breui bonis moribus et maiori nouit prudentia commendatum. Mansuetum uos habui dum simul fuimus et me uobis morigeram ad cuncta prebui, nec habere uel unam potuit alter ab altero questionem. Cum ad casum Troie uos traxit ultro peccatum Paridis, id michi uisum est amisso coniuge de meo gremio, quod pars maior recederet ac multo forcior de meo corpore, de felici quod plurimum fui, infelix fierem et uenirem, prius tam libera, sub tributum. Multa sub Ylion gessistis fortiter et multum gaudeo, sed maiorem sustineo dolorem leticia, quod reuersa milicia totius Grechie Troia diruta, nondum uester (c. michi) me sinus recipit, nondum uestro (c. michi) confoueor in amplexu. Preterea dolores (c. doloris) cumulo quod res nostras dilacerat procorum copia, cum se uoti considerat impotentem nec Laertes potest infirmus senio nec Telemachus in carne tenera nec eius femina prestare me possum uel audeo defensorem. Reddat ergo se patri filius et boni uiri misericordia reflectat animum et pedem celerem ad honeste mulieris et coniuncte sibi legitime kasti-

tatem. Pater non de filio, de patre filius, uxor bona de bono coniuge suspiret adempto. Reuertatur ergo, nec diu differat ad patrem filius, pater ad filium et maritus respiciat ad uxorem (c. uxoris) plenam legitime castitatis.

List ten jest niezmiernie cenny, ponieważ już tematowo wskazuje źródło swej inspiracji: Heroidy (I) Owidego, i stwierdza, że już dla wczesnego średniowiecza, taksamo jak dla humanizmu (*Listy Miłosne* str. 29) Owidy był nauczycielem listowania miłosnego.

16. (fol. 10^r. Cart. nr. 63). Amasius amasie ut se seruet sibi kastam et integram. Non est maior gloria nec honestas ulterior in sexu femineo quam uenustas forme cum gratia castitatis. Cum et decus et gratiam princeps tibi concesserit, curare conuenit accurate, ne pudorem effugias inpudica. Ad bonarum consorcium accedas frequencius et illarum memento consorcia declinare, que se multis aperiunt et exponunt et in quarum est multus malleus officinis. Tibi seruo constanciam amoris integri nec mutatum aliquantum sentire me poteris, nisi te prius uidero permutatam.

17a. (Cart. nr. 64). Responso quod libenter faciat. Cassa uenit de illa suspicio, que dilexit semper et diligit honestatem. Quod me semper pudicam gesserim et quod solum unum admiserim amatorem, tuo possum ex testimonio confirmare. Tibi soli laxaui gremium, tibi <solī> solui repagula castitatis nec contigit alicui nec continget aliquando, ut de pari congaudeat usu mei. Ego uero te deprecor, ut te mihi gēras per omnia consimilem, ne ad tua gaudia, quibus frui me solam conuenit, alienam mulierem introducas. Tunc est enim leticia par amoris, cum uterque seruat integrum et mentiri non audet infamia super eos.

18. (fol. 21^v, Cart. nr. 124). Quidam rogat amasiam suam, ut sit constans in amore suo. Quo firmatum fuit a nodo fidei, nulla debet occasio denudare. Res est enim precipue racioni contraria non fidelem se illi gerere, cui fides est prestita seruande fidei, nec amorem amanti reddere qui amabit fideliter et constanter. Cum a tuo (c. tua), karissima, recessi, latere, pactum firmauimus in fide mutua, quod amoris nostri constanciam illibatam uita utrique comite seruaremus. Persistens ergo in fide stabiliter, dilecta, commoneo, precor et deprecor, ut a tue (c. tua) dilectionis feruore non exeam et cum michi serues amorem igneum, ali[g]eno geras <te> frigidam amatori.

19. (Cart. nr. 125). Responsum quod uolebat reperire si inueniret consimilem sibi. Nullum mulier<i> tormentum grauius et plenum maiori molestia, quam ab eo quem diligit elongari. Dum in meo delicia habere gremio uobis conplacuit, malleorum agilitas et iocunda concordia me pascabant eatenus, quod ad eam michi variarentur (c. rauarent) organa minoris precii habiti i<n> liram et fistulam et omne musycum et perenni digna

silencio iu(bilatoria?). Cum animo sensi remotum latere dilectum, adeo [fol. 22^r] consueta dulcedine carere non potui: multis aperui secretam ianuam uti uolens experencia, si daretur michi consimilem inuenire. Nullum inuenio uobis consimilem in ludo Ueneris et amori uestro semper integram et intactam de cetero <me> conseruabo.

20. (fol. 40^v, Cart. nr. 223). Vxorata cuidam, ut desistat de cetero ab inquisitione eius quia eius presumptio exhibit in palam. Famam suam infamia decolorat de pudica sponsa se faciens inpudicam. Satis michi concessum est usque modo prestante domino gloriari posse de nomine kastitatis, et pollebam feliciter in ista gratia, cum multorum tamen instaret improbitas, ut illorum uoto concedere me dignarer. Castitati posthabui preces et precium et honoris mei periculum expauescens in cubili legitimo dormire malui sponsa legitima quam pudorem meum concedere corruptori. Litterati uiri legunt et inquirunt in sancta pagina, quod formata uiragine de uiri latere, coniunctionis legitime formam deus dederit et seruire preceperit unam uni. Michi res certa est et nulla cercior, quod (c. quam) diuini mandati transgressio iuste iudicio merentes afficit (c. affectum) et si ream me facerem in adulterio, <vin> dicta[m] <in> turpi facinoris non timeret infamia comitari. Pone modum, nisi te decipis incestis precibus, et ne speres id posse fieri prece uel munere, quod proponam alicui laxare gremium et pollutum uirum recipiam inpolluta. Scias autem et certum habeas, quod si tuo rogatui turpique proposito non apponis modestiam, ciuitatem totam in breui faciam de tua presumpcionis audacia cerciorem.

21. (Cart. nr. 224). Amicus amice, qui diu recesserat ab ea rogans, ut uelit eam restituere in pristinum amorem. Castitatis cingulum cum amica custodiat, insolitum ad alcioris sollicitat amatoris incendium amatorem. Quidam scolares de meis partibus amorem michi studendi Parisius suggerentes affirmant in Cristi nomine me satis in doctrina posse perficere, ubi documenta sciencie singularis. Istorum consilio iam propono scolarium festinare officium mancipare (c. mancipato), quia moratur (c. morum) Parisius augmentata sciencia. Illuc si me contulero, satis mei profectum considero; sed michi subnascitur hec formido, quod, cum ipse defuero, noster amor succumbat effe[c]tui, et te soluas in amplexus alterius me abiecto. Amatores siquidem infinite confingunt argumenta fallacie uehementer mulierum suspirantes posse illudere castitati. Vnde est quod ab eorum colloquiis et accessu arceri te deprecor, ut, cum ad te rediero, noster amor suscipiat incrementum.

17b. (Cart. nr. 225). Respondet quod illi amorem integrum seruabit et sic <erit> ei consimilis in amore. Cassa uenit ad illum suspicio que dilexit semper et diligit castitatem. Quod me semper pudicam gesserim et quod solum unum admiserim amatorem, tuo possum ex testimonio confirmare. Tibi

soli laxaui gremium, tibi <solī> solui repagulum castitatis nec contigit alicui nec continget aliquando, ut de tali congaudeat usu mei. Ego uero te deprecor, ut te michi per omnia geras consimilem, nec ad tua gaudia quibus frui me solam conuenit, alienam mulierem introducas. Tunc est enim leticia par amoris, cum uterque se seruat integrum et mentiri non audet infamia super nos.

Dołączam tu dwa listy z innej Summy rkp. Bibl. Nat. Cat 8566 A f. 116^v n. w XIII, które wydrukował już w rzadkiej dysertacji Noël Valois, *De arte scribendi epistolas apud Gallos*, Parisiis 1880, 41:

22. Amicus amice salutem. Amicitia res rara est non solum domibus, sed seculis. Que nusquam minor est, quam ubi magis creditur abundare. Moderni enim temporis amor adulatio est non a corde, sed ab utili. Huiusmodi autem dilectio maior est inimicitia: inimicus enim quandoque in ira furoris uera dicit, sed adulator in blandicijs nunquam. Inimicus uicia tua reuelans ostendit tibi qualis sis: adulator te tibi furatur, et uicia tua dissimulans te tui reddit ignorantem, cum nulla maior uirtus sit quam teipsum cognoscere. Sed quanto difficilior [fol. 117^v] est amicitie sublimitatem reperire, tanto preciosius est amori non miscere fallaciam. Sed in amore geminam pestem reperiō: unam que male incipit, aliam que bene incipiens, male desinit. Turpe enim principium amoris qui ab utilitate proficiscitur, non a uirtute, ab archa, non a corde, a lucro non ab animo. Nec minus turpis est dilectio (c. dilatio) que sine causa dissoluitur: amor enim ad tempus accedens, et ad tempus recedens, aut ex leuitate cordis nascitur, aut ex nequitia dissoluitur, quia aut fictus fuit in principio, aut in <con>stans in termino. Memento amorem bene inceptum non terminare. Amor enim legitimus non uita, sed morte terminatur.

23. Amica amico salutem. Amicitie serenitas in actu lucet, non in ore. Amor enim uerbosus fictus est, actiua uero dilectio sine uoce commendat ad gratiam. Si me furor amoris tui elegit, mentis tue secretum res potius quam lingua loquitur: nec desiderium tuum mora retundat, sed, si aliquid in me tibi complacuit, expecta dum ueniat, quia per numeros ueniunt ista gradusque suos. Amor enim, sicut et cetera, quanto tardius admittitur, tanto difficilius amittitur. Nichil enim subditum diu duratium est, et iuxta uocem philosophie, uno uerbo incidit in odium, qui uno aspectu incidit in amorem. Non igitur diffidas, si differo; quia si differo, non aufero. Sed uel tua perseuerantia animum meum inclinabit in fauorem uel instabilitas tua leuitatis tue dampnabit errorem. Benignus esto, non blandus, prudens non uersutus, probus non improbus, mobilis non leuis, et quod uoce sapis, mente redoleas: adulationem, quam metuis, in [fol. 117^v] te ipso non diligas. Nichil enim quod muliebris animus magis timeat, quam uirilīs adulationis fallaciam. Si de mente tua michi constaret, more dispen-

dium terminarem, uel amoris tui sinceritati fauendo, vel perpetuo blandicias tuas euitando.

24. Również już drukowany jest (A. Huillard-Bréholles, *La vie et correspondance de Pierre de la Vigne*, Paris 1865, 417—421) list miłosny, jak sędzę nieautentyczny, lecz tylko przypisany Piotrowi de Vinea (†1249): do tego listu, który porównałem z rkp. paryskim Bibl. Nat. 4042 fol. 128^r w. XIII, napisał obszerniejszy komentarz Giulio Bertoni, *Una lettera amatoria di Pier della Vigne w Giornale storico della letteratura italiana*, Torino, LVII 1911, 33—46 przytaczając paralele z ówczesnej liryki miłosnej i wykazując tożsamość wątków i myśli.

Cum plurima tempora sint transcurra quibus nemini fuerunt nostri cordis intima reuelata, non potest a nobis celebrari silentium quod doloris et tristitie parit et peperit incrementum:

Vix celare potest intima cordis amor

et

Occultare nequit sua lumina proximus ignis.

Ignis enim dilectionis vestre in meo pectore diutius occultatus lesionis incendio suaderet infundi. Nam quanto magis tegitur, tanto vehementius diligentis animus cruciatur:

Quique magis tegitur, tectus magis estuat ignis.

Cum enim oculi mei vestros quondam ocellos conspexerint et vestram faciem ad solis similitudinem rutilantem, confestim captus est animus intuentis et eximie dilectionis vinculo catenatus:

Visibus et verbis illaqueatur amans.

O dies letissima, dies celebris et iocunda, cum auribus nostris angelice vocis sonus intonuit, cum mire claritatis oculus recto lumine nos respexit!

Res optata satis gratior esse solet.

O verba dulcissima, coloribus adornata retoricis, quorum mens audientis reficitur et corpus suauitate melliflua recreatur!

Plus recreant animum dulcia verba cibo.

Decorant vos supercilia modico discrimine rationabiliter accusata (*al. l.: arguta, leg.: arcuata?*), nec minus ornat frons ardua, tanti candoris et ruboris admixtione conspersa:

Nix candore placet et rosa rubra micat.

Statura pulcherrima corporis pellit a se quodlibet vitium prauitatis, in quo nihil est usquequaque positum, quod sibi non competat ad ornatum:

Floribus ex variis nexa corona nitet.

Si quis illam nudis capillis inspiceret, omnium pulcherrimam approbaret, cum licet videatur in forma hominis, ymago tamen ascribitur deitatis:

Nam splendore nitens cernitur esse dea.

Vester oculus videntes illaqueat, vestra facies singulas depredatur, quia tot sibi reddit obnoxios, quotquot fuerint intuentes:

Predatur facie virgo decora sua.

Noli tamen, cunctarum dulcissima et pulchritudinis gloria, loquentis despiciere blandimenta, cum humilem esse conueniat quem maior cumulus probitatis adornat:

Quo melior fueris, mitior esse velis.

Pro te, dulcissima, morior: clauo tue dilectionis affigor. Respice miserum, tui quidem amoris desiderio morientem:

Flectitur iratus voce rogante deus.

Per vos diu passus sum vulnera, per vos cupio sentire fomenta. Manus que dedit exitium, vulneris debet afferre leuamen:

Causa mee mortis quondam, nunc causa salutis.

Vera vtinam essent sompnia de vobis singulis noctibus iterata, cum ymago vestra nobiscum maneat in lectulo et pectori nostro multipliciter osculando:

Cernitur in sompnis quod mens vigilando reliquit.

Pectus constringitur meis brachiis, os nostrum vestris alligatur ocellis, et dum redditur nobis osculum, cinnamomi et balsami est protinus suavitate repletum:

Virgineum guttur balsama, mella gerit.

Tunc meus animus in tanta constitutus dulcedine plurima vobiscum agit et patitur, et dilectionis sue vobis pandit originem. Post ademptionem vestram se credit et iudicat imperantem:

Luxuriant animi rebus nimiumque secundis.

Metitur vobiscum et ordinat, quot et quibus temporibus ad vos accedat gratissimus, precauens ne alicui forsitan sit cognitum beneficium, quod non suis meritis, sed diuina miseratione se credit adeptum:

Nil sine cautela doctior egit homo.

Sed cum ab oculis sompnus excutitur, an hoc verum fuerit sepius per lectum queritur, et dum non inuenit manus quam tenuerat, genas confestim laniat et deturpat:

Non sine enim lacrimis grata relinquit amor.

Recedit momentaneum gaudium perempnis tristitie deserens incrementum, cum dolor ex nouitate sit arduus et ex rei desiderio potius sit nociuus:

Non bene leta venit res peritura cito.

Quapropter, pulchrarum pulcherrima, vobis est nostra littera nunc directa, ut me licet immeritum vestre dilectionis munere debeatis facere gloriosum:

Colligit et flores rustica sepe manus.

Si enim pociar vestra dulcedine, nullo videbor postmodum indigere, cum expellat solus vester intuitus quicquid solet homini afferre iacturam:

Continuo tenebras sol radiando fugit.

Noli dilectionis sponsionem protrahere, si me decreueris adiuuare. Quare mihi magnum erit excidium (al. l. exitium), si res ulterius dilata fuerit per momentum:

Quo magis affectat, plus cruciatur homo.

Cum enim desideratur ab aliquo, non poterit ab eius oculo separari, et diurnum tempus reputat annum, donec quod cupit, fuerit adimpletum:

Qui peramat, paciens non valet esse more.

Czy wiersze są cytatami, jak na to wyglądają, czy umyślnie dorobione, tego nie wiem: w każdym razie nie wszystkie są wzięte z pisarzy klasycznych (por. co do wiersza: *quique magis tegitur, tectus magis estuat ignis*, uwagę 2 na str. 67). Dużo artyzmu autor w to włożył, by każde zdanie skonstruować rytmicznie, i zamykać wierszem. Tem samym jednak pozbawił list prawdy życiowej i głębi uczucia, mimo romantycznej sentymentalności, w której się obraca.

25. Boncompagno (*Listy Miłosne* str. 142) umieścił także w swej retoryce jeden list miłosny kobiety do kochanka bawiącego na krucjacie, który przepisuję z rkp. Bibliothèque Nationale w Paryżu, nr. 8654 f. 22^v (w. XIII):

De muliere que amicum suum reuocare intendit. Sedens more turturis in ramusculo sicco¹⁾ gemo assidue, turbans potum cum bibo, et mecum voce flebili colloquens pertraho suspiria dolorosa, quia scire non possum, ubi sit quem diligit anima mea²⁾, immo illum cuius corpori anima est unita. Ille nimirum est qui tenet vite mee clauas, sine quo viuere mori esse puto, quia spiritus est amoris qui precordia mea viuificando regit: at cum deest, non sum, et donec sum, deesse non potest, quia per voluntatem

¹⁾ *Ex Physiologo cap.* De turture.

²⁾ *Cant. I 6* indica mihi quem diligit anima mea *et III 1. 2. 3. 4.*

et ineffabile desiderium illum apprehendi et in memoriali meo secrecius teneo circumclusum ac ipsum velut mirre fasciculum sub quodam spei remedio inter ubera mea¹⁾ brachiis peroptabilis dilectionis astringo. Spes enim est quoddam refugium ymaginatum que multos in calamitate positos refocillat ex eo quod anima in dubiis rebus frequencius exitum felicem expectat nec refrenat corpus, licet terminum ignoret quesitum. Sed audite, filie Grecorum et adolescentule regni Tyronensis! Vos forte putatis dilectum et desiderabilem meum inter brachia retinere: sed fallimini, quia semper, cum sopori sum dedita, intrat per hostia thalami, ponit leuam sub capite meo, dextra suavius tangit renes et pectus, et compressis labellis me dulcius osculatur: transfert me super ulnas in pomerium florigerum, in quo suavior est riuulorum decursus. In eodem phylomene ac diuersa genera volucrum dulciter modulantur. Sunt ibidem omnia genera odoramentorum sicque amplexibus et colloquiis peroptatis diucius adinuicem fruimur in tam desiderabili paradiso. Et istud inenarrabile gaudium in omni sopore mihi occurrit. Cur ergo illum reuocare optarem, ex quo tam desiderabiliter me non desinit visitare, presertim cum sciam quod sine me viuere non poterit neque mori.

Bardzo rozpowszechnione *Speculum dictaminum*, którego autorem jest Laurentius Lombardus z drugiej połowy XIII w., zawiera dwa listy, które tu podamy za współczesnym rkp. Paryskim lat. 11 384, f. 46^v:

26. Ad amasiam collaudando ipsam de pulcritudine super omnia. Percussus sum ut fenum, et aruit virtus mea, quia Palladis et Helene pulcritudine sauciatu vulneror, et dirum telum sub pectore deferens ingemisco crescitque assidue michi plaga, et dolor se inmiscendo doloribus crebrius innouatur. Dum enim quodam dierum spacio habitacionis vestre locum casu fortuito visitarem, visa vestra facie cristallina confestim vestri amoris fixistis propria iacula in mei corporis intestina, ita quod semiuiuus effectus seuio furibundus. O utinem pedum vestrorum scabellum oraculo proprio possem dulciter osculari! Nam caro mea refloreret afflicta et reuiuisceret virtus mea. Hec sunt que me in vestrum amorem alliciunt tota die et mori faciunt et non mori. Crines vestri aureoli, quorum pulcritudine laqueatus velud piscis in reti captiuitatis iugum defero super collum. Dentes quidem vestri nitidiores lacte me morsu incurabili momorderunt. Gene vestre rubicundiores ebore antiquo, saphiro esse noscuntur pulciores. Quid plura? Oculi vestri turturei, supercilia deaurata, labia vestra mel stillancia gloriosa quadam memoria transeuntes laqueant et inuoluunt. Quapropter excellencie vestre que etc., quatenus in numero seruitorum vestrorum me dignemini numerare. Quod si

¹⁾ *Cant. I 12* Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi: inter ubera mea commorabitur.

vestra dominatio digne duxerit faciendum, consolationes michi raptas impendet, vite perdita munera restituta. Alioquin animum Phillidis induam homicide qui manibus propriis in patibulo se suspendit.

27. Responsiua vituperando amatorem. Presumptuose temeritatis tue presentate michi littere continebant quod mortis eras articulo constitutus, eo quod personam meam tuis non poteras usibus applicare. Que quidem cum cepi diligenter memorie commendare; in me ipsam quadam ingenti confusione turbabar: et dum putabam aliquid scribere, plus me premebat stilus doloris, quam consolationis remedium excitaret. Cepere quidem scribentis manus articuli vacillare, ita quod habitum viduitatis induens crines dilaniaui decoros et quasi fluuius scaturiens mei non cessant oculi deplorare. An credis quod tuas blanditias non cognoscam et de qua fueris progenie oriundus? Fuistine de genere marchionum an secundus de comitibus paladinis? Quis tu qui me laqueare cupis tuis verbis blandiloquis picturatis? Scis enim quod oliua propter hyemales flatus folia non amittit: sic mei corporis pulcritudo propter tuas commendationes ineptas vires proprias non minuit nec augmentat. Phy! Suntne ista que te mori faciunt et non mori? Pone custodiam ori tuo et motus illicitos celeriter studeas refrenare. Quod si fatuana negligentia tua hec neglexerit adimplere, dire mortis supplicia formidare poteris, furcifer maledicte.

Jako ostatni z listów z rękopisów zagranicznych podaje list z *Summa dictaminum* sekretarza papieskiego Ricardus de Pofis (r. 1260, cod. Bibl. Nat. Paris. 14766 f. 132):

28. Adulatur aliquis mulieri. Altis ad celum uocibus lacessitis uisceribus clamare compellor, ut uox clamantis audiatur a superis, dum est a terrigenis filijs hominum exaudita. O singulorum spes unica, deus pietatis amator, qui motum fluctuum sublimi potentia mitigas, qui supra cuncta tenes in excelsis imperium, aspera potenter in plana conuertis, in auxilium meum respicere clementi bonitate digneris, ne rabie procellarum absorbear, in quarum altitudine nuda nauicula deferor omni remorum suffragio destituta. Quid aulem proderit, si ad portum forte peruenero: paratum hostem inuenero succinctum plena telorum pharetra quibus immaniter feriar absque misericordia ferientis! Nullius itaque sentio spem salutis cum mari terreque flagitium imminet euidencia uitare pericula nequeunti: presertim ubi nec locus fuge patere dinoscitur nec uirtus potest defensionis haberi. Cuius enim uelocitas uolantium telorum agilitatem effugiet? Quis inermis et debilis armati hostis agressibus non succumbet? Non credo meruisse que patior, nam in amicum quesisse credideram qui me persequitur, non in hostem. Sed nichilominus nolens ibi agnoscere, ubi culpabilis non habebam, diu ueniam imploraui suppliciter et misericordiam non inueni. Vtinam iteratis spe clamoribus solum conuertisset auditum, ut uel aditum aperuisset ad gratiam uel saltem innocen-

tiam meam simili supplicio condemnasset quod penalis uite miseriam mors expectata redimeret ac foret ipsa remedium, ubi parit cotidie mesta iusta dolorem. O uenerabilis inclita claritatis origo, clamaui nimirum ad dominum, ut meorum, quibus incessanter affligor, misereri cruciatuum dignaretur, ne in tantis fluctuationibus tempestatum derelinquerer non adiutus. Ea tamen extitit orantis intentio, ut superni vocis influentia nostri animi commotione placida me gratie uestre participem affectu solito redderet. Ex hoc igitur tota deo deuotione subiectus et puto uobis animo deditus opere quod audiat et quin exaudiat non despero. Cum enim sitis floride iuuentutis et nobilitatis ingenue, decoris elegantis et probitatis eximie, morum generositas, modestie bonitas, liberalitatis fecunditas et ueritatis amica, locum diutius non habebit impietas, ubi tantarum castra uirtutum imperant, dominantur et regnant. Numquid sine admiratione cunctorum preterirer auditum, si quidpiam contra me rancoris aut odii nutrireis quam habetis in reuerentia uobis exhibenda precipuum, in deuocione fidelem, in seruiendi uoluntate sollicitum et ad cuncta beneplacita uestra paratum, maxime cum neminem odire sciueritis, utpote dono patientie predata, benignitatis gratia redimita et mansuetudinis munere fecundata? Pietatem itaque uestram exorans multiplicata instancia peto suppliciter, ut uotis meis pium exhibentes assensum, quod tam diu facere distulistis, effectu celeri expleatis nec caritatis omnimode quid deceat, quid expediat quidue possit fortuitis emergere casibusnam uerus amor omnia sustinet et res altas aggredditur, timoris nescit augustias et inter dubia non distinguit.

Ponieważ zbiór listów miłosnych powstał w Krakowie, z góry należy przypuszczać, że wzory, nietylko stylistyczne, lecz poprostu źródła tych listów odnajdą się w rękopisach Bibl. Jagiellońskiej; dla nr. 2 i 3 wskazałem jeszcze w Uzupełnieniach rkp. 1961, dla dwu innych listów mogę teraz wskazać teksty paralelne. Epistolarium rkp. 1943 — *materia optima, sed valde incorrecta, scripta per Petrum de Curowo sub anno domini 1460*, jak to przepisywacz na końcu traktatu str. 144 trafnie sam określa — podaje na str. 139 listy miłosne: pierwszy list przytem czytamy także w tzw. Retoryce krakowskiej (rkp. Uniw. prask. XIV G 4. fol. 44^v, wyd. B. Ulanowski, *Starodawne prawa polskiego pomniki XI*, Kraków 1888, 48): liczne glosy wskazują, że list służył przy wykładzie o epistolografji:

rkp. Jag. 1943 p. 139:

29. Ad amasiam pulcra forma. Honestatis redimite uirtutumque floribus K(atherine) expollite amoris (*lub: amorum*) dulcoribus dilectionis feruide feruore

rkp. Uniw. praskiej XIV G 4 f. 44:

Honestatis redimite uirtutem floribus K. uirgini sibi pre ceteris in hoc mundo positus precordialiter diligende amoris feruidi amore, feruore preuio, cuius

preuio cum inextricabili confederacione caritatis. Heu quanti dolores roborant suspiria cum conspectui distantie resistit repagulum amoris! Nam collocat doloris nodulus gemitibus corruptit precordium pungitiuis. Creaturarum igitur carissima, ceterarum in agmine puellarum prefulgida, velut in spinarum rosa congerie, cuius colore velut deifica dextra nature prepotens usque deorsum a virtute polliuit corpusculum, in quo fere suum totaliter recondit errarium! Quid faciam flebilibus quam nimis bassa fletibus, cum vnicum, o vite virgula mee, solacium, tue palpebris oculorum intuitum speciei non valeo melliflue contueri? Pirus propinquitatis Tisbes intuitus constrictus fibula ferociter amoris anctus aculeo dilecte modica tamen ex carencia palloris circumseptus riulo, ferrum proprys sepeliuit in illibus: multo tamen forcus a dulcifluo iam qui dudum amoueor pietatis oculo, vite deberem discidium postulare, lamentabiles velut funeris compangens spalmodias:

Ach michi, quod nullus est amor sanabilis herbis!

cum ut protinus pium ancille sonitum, solacium dilectissime perscio, deseracionis in fluctibus constitutus. Sed heu localis distantia dileccionis prohdolor diffibulat conuorcium. Nam

Quod procul est oculis, procul est et [lumine cordis¹⁾].

inextricabili se Tyndaridi Paris glutinio federauit. — Heu quanti doloris roborant suspiria, cum di'ectorum conspectui distantie resistit repugnaculum amoris. nam calcar dolorum nodulosus corruptit precordium ferociter pungitiuis. Creaturarum igitur carissima, ceterarum in agmine puellarum prefulgida, velud in spinarum rosa congerie, cuius decore velud deifico dextra nature prepotens usque deorsum a vertice poliuit pingens corpusculum, in quo fere totum suum totaliter recondidit errarium. Quid faciam flebilis, quam immersus vase fletibus flebilis succedinis incedo tedia turbatusque turbacionis lugubria continuo, cum unicum o vite mee virguncula solacium, me palpebris oculorum intuitum speciei non valeo melliflue contueri. Pirus propinquitate Tisbes intuitus constrictus fibula, ferociter amoris actus aculeo, dilecte modica tantum ex carencia paloris circumseptus riulo ferris propriis letaliter sepeliuit in illibus. Multo forcus, a dulcissime iam qui dudum remoueor pietate, oculo vite deberem discidium postulare. Heu quam feruide Phebus Daffnes procreate post hoc facilem telo saucius Cupidinis acriter lamentaciones velud funebrias panxit psalmodias, eundem eadem dum deseruit, hec verba prostrepens:

Ach quod nullus amor est sanabilis [herbis!

¹⁾ O przysłowiu tem mówię w Listach miłosnych str. 80. W postaci: *Quod procul et oculis, procul est a lumine mentis* znajduje się ono także między przysłowiami rękopisu królewieckiego 1555 fol. 268^v (wyd. B. Ulanowski, Archiwum Komisji Prawniczej, Kraków 1895, I 19^o), przypisane mylnie ps.-owidjuszowej *Ars amandi*. Zresztą nie jest rzadkie w takich zbiorach: z czterech zbiorów wydał to przysłowie także Jak. Werner, *Lateinische Sprichwörter und Sinnsprüche des Mittelalters*, Heidelberg 1912, 72 nr. 113 w formie następującej: *Qui procul est oculis, procul*

Eapropter suplico, velut scabellum vestigys suppeditatus humilime, amoris feruidi cathenam pristini remvnerans architipo, gloriosa facies quatenus me velit intueri benignitatis de statu successibusque michi pro solamine litteratenus describendo: alias iam saucium, ymmo raptum amenter in extasim sitibundis exicialiter cor opprimetur tedys latenter, quoniam dileccionis architipum dileccionis feruore ignitus quanto magis tegitur, tanto magis ignis feruoribus estuat tediosa repetendo. Datum Cracouie.

Multo forcius flebiliter depromerem meo me si cuiuspiam aui-cule per sonitum a solacio dilectissime prescirem descencionis in fluctibus constitutum. Sed heu localis distancia dilectionis diffibulat commercium. Nam

Quod procul est oculis, procul est
[a lumine mentis.

Supplico velud scabellum pedum vestigiis subpeditatus humiliter amoris feruidi cathenam pristini cordis irruminans architipo graciosa facies me quatinus dignaretur intueri benigniter de statu successibusque michi pro solamine meo cordi litteram dirigendo, alias iam saucium imo et aptum amenter in extasim fletibundis cor exicialiter opprimetur mesticiis, quoniam quia latenter ignibus dileccionis ferueo, et amoris architipus, quanto magis tegitur, tanto magis feruoribus estuat, tedia repetendo. — Iohannes P. vestre pulcritudinis ad quelibet genera mandatorum.

est a lumine cordis. Włoskie brzmienie (*lontan de l'occhio, lontan del cuore*, por. niem. *Aus den Augen, aus dem Sinn*) zna Kornmann, *Linea amoris*, Francof. 1696, p. 25.57. W polskich zbiorach znalazłem przysłowie to jeszcze w następującym liście studenckim (rkp. Jag. 1961 p. 395), który także z innych względów zasługuje na przedruk:

„Salutem plurimam. Miror admodum quod me forsan amicum tuum tuis litteris nunquam ausasti. At huius forsan causa est quia mecum parum negocii, dum Cracouie eras, habuisti: at non magnum negocium querit amicitia, non grossa expostulat, nam animum possidet et requirit. Putaui te amicum, sed forsan temporis non intunc. Nam discedens aliquot hebdomadis me nunquam tuis litteris ausasti, nec ob defectum nunciorum id contigit, nam alys complures scripsisti, sed racione illius:

Quod procul est oculis, procul est a limine mentis.

Quamuis pauca tecum conferebam, actamen verum amicitie fomitem inter nos sperabam radiare: nunc contrarium video, mei quidem memoriam nullam habes. Si enim aliquam michi de tua sanitate et prosperitate aliqua (*l. epistolam*) scripsisses, nam id est in veteri <vsu> ut coamantes mutuis gaudys gratularentur. Id si placet fac, tuis litteris me auisa; silentium quidem nescio quid vtilitatis afferat, nisi forsan illud velles: *Qui silet id vnum peccat quod tacet, loquendo autem in multis peccare contingit.* Id exuas litteras tuas intra metam racionis cohibeas. Silencio quidem non constat amor, nec taciturnitatem vera amicitia expostulat, sed excitat et nutrit faucundia dulcis amorem. Me quoque ita promptum tibi scribere sencias quantum te in epistolis faciendis. Sed forsan ne id quod a te glisco, non faciam, scias me sanum perseuerare, tuis beneplacitis libenti animo respondere. Vale et me ama.“

30. *Responsum amasie.* Hirco bipedi, chimere cornute ac asino insensato N. cecitatis nubilo circumsepto pro salute miseracionem sempiternam presumptuose temeritatis. — Presentata michi littera (p. 140) continebat quod nolebas amplius viuere super terram eo quod non poteras corpus meum tuis amplexibus violare. Mos etenim et proprium est omnium amatorum, ut eorum concupiscencie feruore estuato magna sibi et impossibilia inconulto calore promittunt. Ha quociens michi supplicasti per longam precum instanciam, ut tuis blandicys aquieuissem! Ast ego rate fidei gerens constanciam tue verbositati falsidice sophismatibus inaurate discutiens te velut caprum olidum lana vestitum sophistica huc vsque et in eum repudiaui. Wey wey wey que subdolositate vesania, que furie, surrepticia dolositatis rabies tua tot falsarys imbuit precordia adulatiuis! Tuum tot astucys animum sauciauit wlpinis aliciantibus fantastice pellicientibus enormiter deceptacionum fallacys. Sed dic michi an tuas blandicias quibus me laqueare cupis <...>. Tuis blandiloquys picturatis non credo (c. creda). Quod A. quondam B. de T., memorie blandibilis, es filius, tu deceptor nepharius illius: nam si <eius> esses filius, patrizares vtique. Nam arbor <bona> ferre bona consueuit poma. Tu matris aduc reconditus in vtero, in mende (cz.: mente), precudebas fallacias, tu tuum mensium spacio natiuitatis solute ante tempus artus preuenisti. Te malicys sordidum matris vterus vltorius sustinere non valebat. Discede igitur a me, pabulum mortis, imponens custodiam ori tuo et hostium circumstancie labys tue, superbe: alioquin diem mortis formidare poteris, furcifer maledicte. Datum.

30. (p. 143). *Forma adulatoria.* Honestae ac virtuosae nobilique domine K(atherine) conthorali nobilis viri domini I. de T., amice sue carissime et faultrici, salutem et illud gaudium quod actu uel voce nullatenus potest explicari. — Noueritis quod sic me decepit vestre claritatis amor, domina splendidissima, casta, rosea et serena quod diebus ac noctibus non aliud possum quam de vestra pulcritudine cogitare, quam videre valeo interim: animus meus gloriatur, quasi essem inter gaudia paradisi constitutus. Verum quia non possum vestra presencia libenter saciari, in ausencia de splendore vestre facio mencionem, quia sic spiritus nutritur, et corpus fouetur et bona spes me detinet semiuuium. Sed quis dicere aut cogitare <poterit> quanta sit dulcedo vestre persone et ineffabilis pulcritudo? Certe non estimo quod deus nostris temporibus tam speciosam vndique produxit creaturam. Nam capilli gloriosi vestri capitatis rutilant sicut aurum oculique claritatis vestre solis radys comparantur, facies rosea et serena, labia vero ut aromata redolent preciosa. Dentes ornati et albi quasi eburnei guttur candidum nivis albedinem superat. Infra non licet descendere. Quid amplius dicere valeo? Ymmo totus vester wltus exterior interiorem cordis bonitatem signis manifestat. Quid de cetero dicam? Totus

vester sum et omnia mea vestra: me voluntati vestre offerro, de meipso nichil reseruando. Datum Crac(ouie).

Mimo znacznych różnic rękopis ten mógłby być źródłem dla naszych formułek, ale przypuszczenie to nie jest prawdopodobne. Co się tyczy drugiego listu (*forma adulatoria*), to już z powierzchownego porównania wynika, że opis ideału piękności różni się od naszego — jest krótszy i niby uboższy. Dzięki spostrzeżeniu, zrobionemu krótko po wydaniu *Listów Miłosnych* i podanemu do wiadomości w *Pamiętniku Literackim* XXIII 1926, s. 99 (*Polonolatina* IV), zagadka ta jest wyjaśniona: właśnie wszystko, czego tu brak, jest zaczerpnięte z Alanusa de Lille. Tak więc drobne spostrzeżenie, samo w sobie dość obojętne, przybiera właściwe i znamienne znaczenie teraz po odkryciu formuł pierwotniejszych.

Z rkp. Jag. 1961 p. 580 sq. pochodzi następująca korespondencja miłosna jakiegoś kleryka płockiego z panną krakowianką, i jedna jej odpowiedź. Przebija z tych listów romantyczna sentymentalność, obramowana patosem retorycznym i okraszona wizjami i symbolami kochających: wszystko to wywołuje na pierwszy rzut oka wrażenie oryginalnej świeżości — niestety, sam epistolograf-liściarz iluzję tę rozwiewa, gdyż umieszcza koncepty, zdradzające rutynę i manierę w tem, cośmy gotowi byli uznać za styl.

32. (Jag. 1961 p. 580). <Ad amasiam>. Ex toto corde integram et plenam dileccionem perpetue salutis cum affectu et feruentis amplexum caritatis cum omni habundancia successuum votiuorum, eciam seipsum quamdiu vixero super terram, et quot sunt celi stelle, tibi tot, dilectissima, felices annos opto.

O deus in quantis animus versatur amantis,

quando amabilem non potest videre personam. Nobilis itaque ac virtuosa domina cordis mei singulare presidium, cum propter longi spaciū distanciam videre non valeam te dominam meam carissimam, cor meum merore plenum suspirat incessanter: in nocte dormire, in die aliquod opus facere nullatenus valeo. Recordatus illius dulcissime conuersacionis, ac ineffabili tue personalis visionis solamine, cum ludicris mellifluorum verbulorum oris rosei colloquys tedio afficior ita quod meus vix non exalat spiritus, *quia amore langveo* (*Cant.* 2, 5) nec villo possum gaudere solacio, nisi quantum michi falsa demonstratio dormienti te fere singulis noctibus michi presentem vetera renouando ludicra constituit. Et licet hec falsa sompni largicio me decipiat, ei tamen nichilominus affectuosas offerro grates, quod tam dulci atque nobili me voluit deceptione frustrare. Talis enim sompniculosa largicio michi modum viuendi conseruat mortemque defendit adire. O vtinam me possem in auiculam velocissimam transformare, ut possem tuam elegantissimam ac omni gaudio suavitateque plenam videre personam! Quod non minus

quam tocius mundi solamina me solarentur reputarem. Os meum ori mellifluo in dulcissimo osculo aplicarem, in tuo castissimo quiescerem amplexu: extunc omni tedio omnique merrore extincto felicem me, immo felicissimum cenceri (*i. censere*) possem. Iam nichil aliud desiderans super terram, aurum et argentum vilipenderem sicut lutum¹⁾, vestro ardens in amore, et pre dulcedine tui eloquy et decore tue elegantis persone cui nec Cracouie pro libitu (*p. 581*) meo similis reperitur. Iam post merrorem consolacionem reciperem, et quasi de tenebris ad lucem serenissimam pervenirem. Quapropter, nobilissima domina, michi super omnes viuentes amantissima, peto instantissime, me oculo tui amoris respice, et in tanto posito merrore consolacionem aliqualem, per litteram uel nuncium exhibe, ne propter magnum quod habeo tedium me oporteat reparari et a studio inclinato recedere pudorose. Non valui tue probitati propter defectum fidelium nunciorum iuxta vota aliquid destinare et nunc nichil nisi totum cor meum quod quanta animi amaritudine compenso, ille scit qui omnia archana hominum cognoscit, sed causam quare id fecerim, vestro salubri remitto iudicio, nisi non sit lima invidie uel rancoris. Sed ne in hoc, amantissima, tibi videar suspectus, quod per tanta tempora neglexerim te scriptis aut nuncio visitare, absit: multas enim tue probitati premisi litteras, quarum nunquam merui responsum, ex quo arguebam me omnino tuo amore priuatum et a te penitus oblitum²⁾, sed id amor intimus vetat credi. Nouissime eciam per dominum Borutham nepotem domini Can(den)cy plebani Gostinensis vobis tantum pro memoriali rosam³⁾, tantum superscriptione⁴⁾ signatam vestram timens suspicionem deferendam comisi. Litteram finaliter omni absque dubietate polliceor, quia dulcis tua memoria nunquam separabitur a me. Vale vale vale, dilecta mi, et me semper sompnies. Mea sis cum ego sim tuus: mecum sis cum ego semper tecum sim. — Ex Cracouia. Is scripsit qui tua sepe limina tuo ardens in amore frequentauit.

33. Ad idem alia similis. Nouit deus omnipotens, cum quanto semper vltum amantissime persone vestre amplector affectu, et ille scit desiderium meum, cuius semper deprecor clemenciam pro sanitate vestra. Nunquam enim bonitas tanta, quantam erga me ostendere consueueratis, evelletur de corde meo, dominarum optima (dominus prestantissimus⁵⁾). Ex toto igitur corde etc. ut supra, comisi litteram scribenda multa non egreferendo, sed propter

¹⁾ Sap. VII. 9: Nec comparavi illi lapidem pretiosum, quoniam omne aurum in comparatione illius arena est exigua, et tanquam lutum aestimabitur argentum in conspectu illius.

²⁾ Rkp. ablitum.

³⁾ Rkp. rasam.

⁴⁾ Pierwotne subscriptione „podpis“ liściaz zmienil na superscriptione „adres“ (wiec nie podpisal się, czego zresztą nie uczynil także w obecnym liście).

⁵⁾ D. pr.: słowa te wskazują na to, że formularz był zgóry ułożony i dla pań i dla panów.

modicitatem ingeny obmitto, cum ad vestram extollendam personam nec Virgiliana profunditas, Lucani sonoritas et Ouidiana (p. 582) suffecerit latitudo, nec eciam ad ymaginandum abilis intencio nec manus abilis permaneat quidem ad scribendum. Nam non licet tanti luminis iubar fa<ntas>ticum limpientibus (*leg.*: lipp.) oculis intueri. Omni tamen absque dubietate etc. ut supra.

34. <Ad amicam>. Inter supremas quibus hoc in turbine expositus angustias mecum cogitans homo desolatus quorsum alicuius spei solamine apperiar (*leg.*: operiar), accidit, spectandissima domina, me brachio sustentato capite in lectulo meo obdormiuisse, vbi eodem cogitatu pressus nimis auiculam supra me volitantem, tandem meam — acsi in ea enutrita domitaque fuisset — occupare dextram sompniaui. Que quidem solite fantasie: fere huiusmodi visa <vsa> mecum est verbulis: „Quare tanto, o mi alitor, animi concuteris turbamine? Ad quid tua tanto tempore marcescit animula, hospes delectabilis, qui quondam tue vite cursum in gaudio transire tuebaris? Non te premat inquietus¹⁾ huius infausti temporis dislongacio! Non tantum hec qua trucidaris passio superet animum, quoniam letaberis inde, ac optimo fretus solamine tuam patriam uel amantissimam reuidebis!“ Qua cum visa aue²⁾ huiuscemodi dulcibus placabilibus <que> functus sermoc<inac>iunculis, sopore detentus forciori, hora integra circiter dormitans, vigil tandem dextram vacuam, non nisi scripturarum defatigatam ponderibus, meipsum in eisdem terris reperi. Itaque eadem a me consolaciuncula evanante (= evanescente) vberioribus cordis provocatus lacrimis, vt quid pro beneficys ceterisque bonis michi ereptis saltem eandem non meruerim obtinere auiculam que me meis omnibus destitutam solacys, hac in calamitate solaretur, planctu depromebam ad me hysdem sic versante fantasys. En loco huiusce solemnitatis emicuit michi nunccius desiderabilis, lator presencium, profitens se versus huiuscemodi auicule — que tuispa es — mansionem perrecturum, quo comperto auiculam meo cordi predicantem leticiam benedixi, quod iam dilectissimam scripto visitabo auiculam. Ex toto igitur corde integram ac plenam perpetue salutis cum affectu, eciam seipsum totum et si quid possum...

35. <Responsum amice>. Nobilis ingenioseque domine! Animo exardescenti vestrum gloriosum o vtinam celerem ad nos non (p. 583) sine maxima cordis hylaritate prestolor adventum, quia ni fallor vosipse auicula illa estis que me sicut preferitur solabatur. Propera igitur et veni, amice dilectissime. Veni veni: de Plocz in Cracouiam promoueberis. Miror insuper, dominorum optime, quod vicissitudinem litterarum mearum vobis persepe premissa <ru>m nuncquam merui. Nuncquam enim in harum licet infauste confe-

¹⁾ Rkp. ma inquiens (mówiąc), co zapewne polega na nieporozumieniu; prawdopodobnie ma tu stać rzadszy przymiotnik inquietus.

²⁾ Rkp. ma aue później dopisane, jak gdyby pisarz uzupełnił słowo nie odrazu odczytane.

ctarum transmissione lociens, quociens intermeancium noticiam habere potui, deses extiti.

36. W tzw. *Retoryce Krakowskiej* (rkp. Uniw. Prask. XIV G. 4, fol. 25^v) wydał B. Ulanowski (*Starodawne Prawa Polskiego Pomniki* XV 1, 37 nr. 70) także list miłosny z bogatemi glosami, które świadczą, że list był także interpretowany w wykładach retoryki: powtarzam tekst poprawiony na podstawie rękopisu:

Dictamen ad amasiam. Feruencia dileccionis pretuita cordis ex scaturigine promanente heu quantis cor meum perforatur doloribus! Variis afficior angustiis, ut singula gustu sapida pre tedio sunt michi amara sensuque inperceptibilia propter mentis alienacionem. O Amor detestate, non unice homines decipis, sed singula ferarum perturbes! O deus bonitatis, quam grauiter aufers faciem virginitatis, aspectus eius ut sol lucere videtur. Quis michi hoc tribuat, ut facie ad faciem non (*l. uos*) videam? Nam per tui absenciam mors in foribus dominatur. Tu es requies mea in benediccione et in secula seculorum. Amen. Tu es vas electionis: es enim candidior niue, nitidior lacte, rubicundior ebore antiquo, pulchrior es zaphiro. Tu es cordis mei lamentacio et expectacio diutina. Quare, dilectissima rosarum rosa, intencionis tue propositum, ne languoribus meam interitum (*l. me interimas*), tua responsiua reconciliare me procures, ad (*l. at*) quod tui cordis est in conceptu, non tepescas michi cordialiter intimare, ne cordis mei validitas intensissimo pre tedio corrumpatur. Datum etc.

Cunctarum virtutum redimite puelle et honeste K. de C. virgini sibi pre ceteris diligende.

Następne listy pochodzą z rkp. królewieckiego 1555, jak wynika, spisane w Krakowie:

37. [f. 189^v]. Littera ad dilectam suam ut ipsum recordio haberet. Vey vey quanta lamentorum genera, quanta merrorum lamenta, quanta cordis suspiria oriuntur, dum dilectorum personalis presencia fuerit sequestrata. Amicarum itaque singularissima, rosa formosissima et florum vberima, ros dulcoris, dulcor amoris! Vestra adeo mei intima cordis stimulat alienacio prorogata, ut velud tota die contristatus incedam, dum affligit me invberans mesticia. Velud medela destitutus langweo, luce carens obcecor, expers solacy contristor interius, refugio proficiscor prorsus inscius an inopy obitu an felici vita stipatam vestram sinceram dileccionem <an> dilectam sinceritatem audeam appellare. Re vera quid dicam aut quid respondebo nisi ordiar: Miserimini, miseremini, saltem vos amica mea, quoniam infirmus sum et vestri status propter ignoranciam singula ossa mea in me sunt turbata. Nimirum si utique liceret afflictionis grauedine coortis ad vestram singularitatem exclamacionibus Cur flenda eloquia et vestri pleni dulcedinem affatus inebriantes michi subtrahuntur ut affligar afflictus... (*wymazane*) mea

valde... (*wymazane*) est contribuere vestram... (*wymazane*) per carenciam diuturnam. Sed quia meror eget refugio langworis *medico* (*pierwotnie wymazane*) luctus solamine egestas subsidio, ad vestram eatenus amiciciam sincerissimam et sinceram amiciciam confugiens *quod exaudiatis* (*pierwotnie wymazane*) solida spe flagito prece multa, quatinus pristini amoris dulcedinem recolentes, vicissitudinem dilleccionis rememorantes, obliuionem omnem totaliter euelentes statum vite vestre michi feliciter dignemini reseruare, vt vestris affatibus refrigeratus tanto profundius in amicicie caritatem infigar, quanto condicionem vestre vitalitatis a vobis michi sensero apercius fore explanatum etc. Datum Cracovie feria sexta post festum sancti Viti Episcopi gloriosi Martyris in octaua corporis Cristi anno domini MCCCCXXX3. Amen.

38. Sequitur responsum super eodem et non plus (fol. 190^v). Feruidissimo veri amoris nexu indissolubiliter radicato iugiter preadmisso. Benigna suspirii largitorum clemencia ipsiusque clemens benignitas humane inbecilitatis clementer intuens defectum cunctis moribus insigne edidit presidy beneficium, quatenus adaucto langwore medicamenta adaugeantur, quatenus succrescente dolore vis solaminis excrescat, vt vnus remedio alterius rigor temperetur. Ne doloris asperitate inundante humana verbis contabescat aut merssa succumbat et tendens ad extremum vite intempestiuum producat. Amice itaque electissime me dilectorum viridarium gaudi palacium oculorum speculum et vnicum cordis mei tripudium perimmensum vestrarum series litterarum leticie et tristicie mirandam michi rebellionem parturiuit. Audita nempe vestra celebris status direccione corporis incolumitate vitalis iubilacio michi illuxerit ut dicere queam: Magnificat anima mea dominum et exultauit spiritus meus in deo salutari meo. Verum agnoscente me tam diuturnitatis mee absencie tristiciarum nebulis et vmbra merroris personam vestram fuisse obductam, exhinc tristis est effecta anima mea vltimamque penam perpeciuntur vitales spiritus mei prosternuntur. Profecto mira res fore dinoscitur ut meam absenciam velitis meritis vestris conducere ad conspectum. Nunc quidem oculi vestri tam carne<i> sunt ut videre nequeant quanta vis sit amoris quoniam amans et quod amatur indissolubili nodo connectuntur ita etsi amancium corpora longa diuagacionis absencia dispertet, mentes tamen eorum ut semper presto sint vinculum amorum aggerat et componit et quasi instabiliu naturarum progressus sepe obice impeditur ut que mente conspexerit errigendo execucio operis subtrahantur. Eatenus vestre amicabilitatis et amicabili caritati cordintime supplico ex affectu, quatenus huiusmodi meam negligenciam de status mei disposicione vobis inno escenda non incurie, sed magis inpotencie mee ascribere velitis amorose, quoniam viarum discrimina et nunciatorum incertitudo statum meum vobis nunciare non sinebat. Iam vero avctori sospitatis grates referendo breuis temporis in degressu vestram ad amiciciam veniendum non tardabo. Datum Cracov.e in die Pilati.

39. Littera ad dilectam ad amorem geminando. Amica prudentissima, dilectarum amantissima, quamquam acris mesticiarum relacionibus pyas vestras amicabilem aures strepitum presencium invite velim concitare, meus tamen lapsus animus proposito feruide querele nequeans se continere ordiri cogitur in hunc modum: Cur distancia vestra dolore cruentat mea interiora? Os palore exterminatur digitos tortura connodat clamore ethera verberat vsque obliviscimini mei et a reminiscencia vestri procul delapsus velud prorsus sum extinetus quasi ad vestre amicitie curiam minime essem praescriptus et quare arbitri vestri placita obsequia non explerem circa que nimirum vsquam sponte deliravi, nec vnquam vestris preceptis rebellavi propter quod amaritudinis fluctus tanto vberius in me inhorrescunt quanto vestre speciosse celebritati et ce.ebri speciositati qua nunc destituor ministrem sedulitatem ex plere benivole non tardam. Itaque et fons oculorum meorum tanto copiosius in aquarum riuos deriuatur, quanto persone vestre miram disposicionem michi procul agnosco obesse. Quis enim tanto locupletatus esset in lingwe facundia quod vestri misericordiam, disposicionem et vberimam perfeccionem queat explicare? Effigies namque vestra rosea, labra flamea, frons lactea, capilli aurei, dentes nivei, gustus mel.fluus, ocelli coroscantes pre splendore cum sideribus dimicantes, collum monile stelliferum prestringit, humeri in gracily forma resident mitentes confluentes digitos auro exardescentes, clemis bisso excandescat, brachia armillis luxuriat. Sed quid plura dicere valeam, cum tam mirifice disposicionis qualitatem nec exarancium calamaria possent exarare, nec officium eloquentissime tuliane lingwe queat apperire, ymmo et mens humana meditacionem tante speciossitudinis in stupore deficiet nec ipsam giro poterit circinare? Quapropter vestre immense amicitie properantes supplico ex affectu quatenus oculis benignitatis meam calamitatem intuentes memoriale vestri status signum causa reminiscencie et singularis in vobis delectacionis transmittere michi velitis graciose vt quantum me calamitate meroris afflixit, ita me iocunditas vestre reminiscencie consoletur et quantum ineffabilis vestre disposicionis diuturna me carencia affecit, tantum memoriali vestre deliciarum michi gaudenter succrescat incrementum.

Datum Cracouie in die Herodis post octauam Pylati.

40. Responsum a dilecta super animacione petitionis. Sincere dileccionis constancia iugiter preadmissa. — Amice singularissime, singulariter dilecte! Quamquam verus amicitie radius tunc liquidus in vmbra cernitur diescere, cum amicorum vicissitudinis voluntatem iuxta humane inbecilitatis facultatem rite exequamur, nimirum tamen non mirari non possumus rem non tam miram quam ridiculam quod memoracionis signum mee persone mestus a me postulatus, cum in animo ardor caritatis flagrans inextingibilis dileccionis altitudinem colens Efficax nota ad purum recordium mei reperitur. An ignoratis quod vere caritatis radius amoti effigiem obliuionis in latebris non sinit occultari cunctis externis illacebris

calcatis, resputis forinsecus vniuersis blandimentis? Reuera nempe quos amoris s,es ambit nec ipsos longa absentia separat, nec grandis angustia dispertit nec per se quero num aculeus perimit nec altitudo obfuscat nec profunditas submergit: ymo quanto alcius amor intus animam vlnerat, tanto magis vniuersa foris displicentiam gignencia uel oblivonis materiam adiciencia eiusdem amoris intuitu refutantur. Quapropter amic[i]e dilectissime girum mentis mee vndique fans(?) autem nequeam reperire idque memoriali signo a me postulato minime indiget. Nam vbi vere dilectionis argumento apparet, vbi perfectio amati facies semper intueri et intuitu eius omnis confunditur asperitas, discedit formido, accedit intrepiditas: fortis namque est dileccio velud mors et quasi infimus eiulacio faciens pro amoto cuncta blanda respicere ipsum in recordio obtinere et queque aduersa pro eo quem diligit tolerat.

Datum Cracouie in vigilia virginis gloriose.

41. List królowej (mylnie określony jako list królowej Zofji do Jagiełły z r. 1427 — wydał go Prochaska, Codex epistolaris Witoldi, Cracoviae 1882, 783 nr. 802) jest typowym listem miłosnym; dawniej przypisywano ten list St. Ciołkowi, ale arbitrarne; jedyny Morawski, Historia Uniwersytetu Jagiellońskiego poświęcił mu dłuższą wzmiankę (I 310, 2) nazywając ten list „dziwnym typem listu miłosnego, pełnym figur, eufuizmu... Byłby to jeden z najlepszych, najbardziej udanych jego utworów. Rodzaj jest dziwaczny, ale w swoim rodzaju jest ten list prawdziwie klasyczny: wiek osiemnasty na nic lepszego się nie zdobył“. Naturalnie nie zamierzam podzielać tego pochopnego a fałszywego sądu Morawskiego: przytoczyłem go tylko, by zwrócić uwagę na ten zapomniany, a w wysokim stopniu literacki zabytek:

Serenissime princeps, illustrissime consors mihi et domine preamande!

Ne leuitati femineae inconsulte aliquatenus posset ascribi plurimum expauescens, ad presentis temporis interuallum per <in>-fatigabilem tolleranciam contegere et dissimulare conabar, quo

vulneror quodque gero sub pectore telum¹⁾,

per vos meo profundissime conspultum in corde. Sed quia amplior dolor inest siluisse dolorem, vulnus quoque geminat vulneris spina latens

et quanto tegitur, tanto magis estuat ignis²⁾,

¹⁾ Por. *Pamphilus siue de arte amandi* v. 1: Vulneror et clausumque fero sub pectore telum Crescit et assidue plaga dolorque michi.

²⁾ Wiersz pochodzi z epizodu o Piramie i Tisbie, Owid. *Metam.* IV 64 (*quoque magis tegitur, tectus magis aestuat ignis*), i przeszedł do średnio-wiecznych zbiorów przysłów (J. Werner, *Lat. Sprichwörter* 83 nr. 220: *Quanto magis tegitur, tanto magis estuat ignis*).

iam sub velamento silentii amplius retinere non valens languentis animi tam estuantes affectus, quibus externis multo doloris afficior et interius magna tediorum grauitate perturbor, dignum decreui, prout oportet, vestre dileccioni mei cordis armarium aperire. Sane illa dies flebilis et amara valde, que vos a meo sequestrauit aspectu tantam se mihi longam et fastidiosam conuertit in noctem, dum sublato meis ab oculis speciosissimo lumine vultus vestri, omnia mihi in contrarium se conuertunt. Etenim serena noctescunt, iocunda sordescunt, cara vilescunt, dulcia acescunt et mellita fellescunt, immo virtus ipsa vitalis videtur mihi thabescere, dum cor meum totum vobiscum ipse tulistis. Vera non erat illa dies, sed nox noxia et aurora carens que tanti doloris mihi facta est occasio et tediose anxietatis prodiga promotrix. Verumptamen in hoc tenebroso doloris ergastulo, tunc quasi quoddam sidus matutinum luce tenuissima, tantam tenebrarum densitatem vix transuerberans, exiguo quodam redimiculo mea illustrare videtur precordia, dum de incolumitate persone vestre, quam pectore semper habeo reconditam, continuis fama relatibus in meo crebrescit auditu. Tunc adoptata mihi consurgit leticia, tunc iocunditatis temperiem, tunc refocillationis mestus animus suscipit incrementa. Et quia in vestre magestatis ausencia non aliter nisi per tale medicamentum mee mentis aliquantulum restringitur egritudo, nihilominus ergo dileccioni vestre supplico humiliter ex affectu, quatenus pro singulari remedio et refrigerio animi mei successus vestros, quos deus faciat esse felices, quos diuina semper prosequantur auspicia, per scripta vestra dignemini crebrius intimare. Datum etc.

Ten sam list z odpowiedzią króla czyta się w niedostępnym mi rkp. ks. Chodyńskiego (*Regina ad Regem tedium suum describit propter Reg's absentiam — Rex reginam consolatur*), o czym wspomina J. Szujski w przedmowie do Codex epistolaris wieku XV t. I. — Na ostatku przytoczę kilka przepisów z retoryk krakowskich, podobno niemieckiego pochodzenia, z rkp. Jag. 2214 (w. XV). W retoryce *A populis gentium in tenebris ambulantium* czytamy fol. 12^r pod nagłówkiem *De salutacione*:

Nota quod mulieres maxime appetunt laudari de duobus, primum de virtute, secundo de specie, et igitur aliquis volens se confirmare magis illis superaddat talia adiectiua: *virtuose* vel *speciose* in materys adulatorys de quibus postea melius patebit. — Item nota quod in salutacionibus mulierum, precipue in materys adulatorys, aliquando nomina personarum obmittuntur, sed in narratione et conclusionem et in alia parte etiam aliquod signum exprimitur, per quod persona recipiens cognoscit personam mittentem. Eciam illud precipue fit inter personas amantes quod causa aliorum secreti et absconsionis amoris dimittuntur nomina in salutacione ponendo aliquod intersignum, sicut dictum est. Forma harum epistolarum ratione aliarum patebit postea.

Dalej fol. 23^v: Exordium terey vid. quando amicus scribit amice

litteram adulatoriam et illud potest fieri tribus modis: primo ante inceptiōnem conuersacionis, secundo in actu no'ificacionis, tercio in opere delectacionis. Primus modus habet fieri causa complacencie, secundus causa commanencie, tercius causa perseuerancie. Capiatur ergo exordium primi supposito quod aliquis incipiat habere noticiam alicuius, ipsa tamen adhuc nesciente: volens autem sibi notificare amicitiam eius, illud potest facere per epistolam in qua exordiat sic: *Libidinosa verius inflammatio ex prefulgenti decore depicte mulieris faciei cor iuuenum consuevit amoris nodulo astringere ut nec quietis habitudinem nec operis validudinem valeant possidere*, et tunc vltterius narrando: *Quo quidem inflammatus amoris igniculo* et cetera. Ecce exordium mouens amicam ad sufficientem audicionem narratorum. — Exordium secundi supposito quod amicus et amica iam per sermonum colloquia amoris fedus inierunt ipsis tamen simul absentibus volentes colloqui epistolari affamine; exordiat sic: *Karitatis katheram ne per diuturnam amancium absenciam solubilitatis capiat violenciam, necessarium est ne hy qui affamine solacium resono habere nequeunt, affectum cordis intimum litteralibus colloquys promulgabunt*. — Exordium terey supposito quod aliquis amicus et amica libidinosas simul consecuti sint operationes, ipsis tamen absentibus uel distantibus hys carere oporteat, quod vnus alteri litterali edicione deplanctoria manifestat. Ad quam epistolam exordiat sic: *O quam lugubris, o quam lamentosa, o quam fletibunda talis absencie carencia ac conuersacionis absencia qua cor amantis omnibus priuatur delicys, quibuslibet spoliatur gaudys, ymmo postremum corporis consumptuosum accipit detrimentum*. Et tunc subiungitur prouerbium: *Tormentosa namque passio cernitur, cum hic qui sedule crapulacionis habundancys pridem vescebatur, nunc famis grauamine usque ad extinctum corporis cruciatur*. Deinde narrando: *Que quidem carencia et absencia cor meum non modicis doloris cruciat passionibus*.

W drugiej retoryce, *Viaticus* (cod. Jag. 2214 f. 29r), mamy początek listu miłosnego:

Incipiat aliquis sic in epistula narratoria adulatoria: *Cum nichil affectuosius, nichil menti desiderabilius, nichil cordi iocundius, nil amantes quam amicitia omnisque pariter melliflua colloquia aspectu iocundissimo condita, risu pariter amantissimo conseruata; tunc simpliciter narrat sic: Vestre me compellit generose speciositati presentibus enodare* etc.

2. Dwie metody filologiczne. Recenzja prof. Przychockiego (*Eos* XXIX 1926, 220—222), o mojem dziele jest pisana nietylko z gruntownością i temperamentem, ale także — co każdy czytelnik odrazu wyczuje — z niezwykłą znajomością rzeczy i ze stanowiska solidnej teorji. Najwięcej uderza w niej napewno okoliczność, że według recenzenta nieje listu miłosnego są biegunowo inne, aniżeli według autora książki.

Jak to wytłumaczyć? Jak to wytłumaczyć przedewszystkiem wobec faktu, że ja świadomie odrzuciłem drogę, którą prof. Przychocki uważa za jedynie racjonalną?

